

sanguinis; Sed has minutias. clariores eē quā sol est. veri-
 tas intueatur; dño in euangelio dicente. Sci mei fulgebunt
 sicut sol in regno patris; Et tunc sol amplius quā nunc
 clariusq. lucebit.

Huc accedit. qđ non minus in partibus. quā in solidita-
 te curatio ē; An aliter in oriente. constantinopoli.
 antiochię. thessalonię. nasis. romę. in italia. miseris
 porrigunt medicinā. An aliter. laborantia corpo-
 ra defecantur. Curat ephesi iohannes euangelista.
 præterea & in locis plurimis. Quem xp̄i a pectore. nec
 ante consecrationē accepimus recessisse. & apud nos
 ipsa eius ē medicina; Curat bononię proculus. agri-
 cola. & hic quoq. horū cernimus maiestatem; Curat
 placentię antonius; Curat saturninus. thraianus. in
 macedonia; Curat nazarius mediolano; mucius alex-
 ander. datusus. chindeus. larga uirtute gratiā sa-
 lutis infudunt; Curat ragota. leonida. anastasia.
 anatolia; ut ait apostolus paulus. In uirū pfectū.
 in mensurā aetatis plenitudinis xp̄i. vno atq. eodē
 spū. qui omnia in omnibus operatur; Rogo an alia
 ē apud nos. alia apud alios. memoratorū medela